

*super priuilegiis* *102*  
**VLIVS EPISCOPVS SER**

**uus seruoꝝ dei ad futuram rei memoriã.**  
Romani Pontificis auctoritas sup uniuersas  
fidelium nationes nobis licet immeritis

non terrena potetia/ sed disponente omniu creatore cõ  
cessa exposcit ut aduersus quoslibet p̄sertim Aposto/  
licæ sedis uasallos qui dignitatibus ab altissimo & se/  
de præfata sublimati gratiarũ atq; donorum recepto/  
rum imemores & ingrati/ & admodũ Sathan abuten/  
tes eisdẽ cõtra Roma. ecclesiã cornua erigere eiusq; san  
ctiones tam prouide/ q̄ salubriter editas improbis cõ  
natibus & ausibus temerariis uenire/ ac ab eorũ debita  
fide deficere præsumunt si ipsius ecclesiæ & urgentis  
fidelitatis zelus per exhortationis ac monitionis mo/  
dũ proficere non possint mucrone spiritali uibra/  
to & alis prout decẽs est exurgat ut quos Dei timor ab  
iusticiis non reuocat pro demerito cuius seueritas cor  
herceat disciplinæ. Sane licet oli Fe. re. Sixtus Pa. iiii.  
predecessor n̄r postq̄ aduersus florentinos obuiola/  
tam ab eis ecclesiasticã libertatẽ brachio sæculari utens  
bellum indixerat ac uniuersis & singulis ducibus mar  
chionibus/ comitibus/ baronibus/ domicellis uicariis  
& uasallis in ciuitatib; terris & locis eidẽ Romanæ ec/  
clesiæ mediate uel imediate subiectis constitutisue ad  
eorundem florentinoꝝ seu eis fauentium stipẽdia mi  
litare ac alias se cum illis locare seu aliquod consilium  
auxilium uel fauorem eis præstare auderet districte p̄/  
cipiendo mandauerat: & in contrafacientes excõis sen

**A ii**



VNIVERSIDAD  
DE SALAMANCA



tentiam promulgauerat: ipsosq; criminis læsæ Maiesta-  
tis reos esse decreuerat/ac uniuerſitates populos com-  
munitates caſtra/uillas/& loca eorum eccleſiaſtico ſup-  
poſuerat interdicto/eoſq; & eorum quælibet omnibus  
fœudis/dominiis & bonis ac priuilegiis/indulgentiis  
gratiis immunitatibus/honoribus/officiis/iuribus &  
iuriſdictionibus/quæ ab eccleſia & ſede prædictis ob-  
tinebant priuauerat & ad illa ac ad ſimilia obtinenda  
eos & eorum descendentes inhabilitauerat: ipſorumq;  
bona omnia cõſiſcauerat. Quondam Herculẽ ex mar-  
chionibus eſtẽ tunc in humanis agentem & quem  
antea idem Syxtus prædeceſſor ducali dignitate & ho-  
nore decorauerat & in ciuitate noſtra tũc ſua Ferrariẽ  
eiufq; comitatu & diſtrictu uicarium in temporalib;  
generalem conſtituerat quiq; ratione uicariatus huius  
modi & iuramenti per eũ præſtiti beato Petro & Sixto  
prædeceſſor. ac ſede prædictis fidelis eſſe & contra Six-  
tum prædeceſſorem & eccleſiam huiusmodi ſeu illius  
ſtatum uerbo uel facto/directe uel indirecte publice  
uel occulte per ſe uel alium nil attemptare debebat con-  
tra ea ad quæ tenebatur & madata Sixti prædeceſſoris  
huiusmodi quorũ ignarus nõ erat ueniendo ad eorũ  
dem florentinorum & eis fauentiũ ſtipendia ſe locare  
& ad id ſe obligare/ac onus ducis gentium armorum  
eorundem florentinorũ aſſumere & ſtipendia promiſ-  
ſa recipere/ac cum ſuis & aliis gentibus armigeris ad  
eorundem florentinorũ ſtipendia militantibus non ſo-  
lum eorũdem florentinos & eorũ loca dominiũ tueri &

70  
3  
defendere: ſed etiã agrum Senenſiũ (Qui in dicto bel-  
lo eidem Sixto prædeceſſori fauebant/& de eius man-  
dato arma ſumpſerant) inuadere & depopulari/caſtra  
& loca obſidere/capere ac diripere & aialia in prædã ab-  
ducere/incolas ipſos captiuare nõnullaq; alia excessus  
reatus & crimina perpetrare præſumpſerat. De fratrum  
ſuorum conſilio de quorũ numero tũc eramus/rebel-  
lẽ & criminis læsæ maiestatis reũ/ac pœnis q̄s in rebelles  
& hmõĩ criminis læsæ maie. reos iura ſtatuẽt/subiectũ  
necnon periurum & fidei fractorem & maioris excõ-  
municationis ſententiæ mucrone percuffum: ac duca-  
li dignitate uicariatuq; necnõ oĩbus fœudis dominiis  
bonis priuilegiis/indulgentiis/gratiis immunitatib;  
honoribus officiis & iuriſdictionibus quæ ab eccleſia  
& ſede prædictis tunc obtinebat priuatum & cum ſuis  
ſiliis & nepotibus ad illa & ſimilia impoſterũ obtinen-  
da inhabilitatum/ac bona eius cõſiſcata/ciuitatem ue-  
ro Ferrarienſem eiufq; comitatum & diſtrictum/ac ca-  
ſtra & loca comitatus & diſtrictus eorundem ad præ-  
fatam eccleſiam libere deuoluta eſſe/& ſibi cum illorũ  
habitoribus immediate ſubefſe & eoſdem incolas &  
habitatores ad obediendum eidem Herculũ eiufq; lo-  
catenẽ & officialibus/& ad præſtiti ſibi per eoſdem in-  
colas fidelitatis iuramenti cuiuſlibet obſeruationẽ nõ  
teneri/ſed abſolutos fore ac liberos declarafſet prout  
in diuerſis lris aplicis Sixti prædeceſſoris deſup reſpectũ  
ue conſectis plenius continetur. Tamen idem Sixtus  
prædeceſſor/cum deinde dilecti filii Dux & dominiũ



Venetorum ciuitatem ipsam Ferrariē bello premerē  
eidem Herculi duci quem excōmunicatum priuatum  
& inhabilem ut præfert tollerabat fauere uolens & ad  
ipsius ciuitatis liberationem animū applicans ac illi sū  
mis uigilis laboribus & expensis incumbens eosdem  
Ducem & dominium Venetorū monuit/ & mandauit  
eisdem ut a bello & obsidione Ferrariē desisterent/ &  
occupata restituerent & cum ipsi monitionibus & mā  
datis huiusmōi ptinaciter nō obedissent quibus diutius  
expectari ad censuras ecclesiasticas processit & tandem  
illis censura s ipsas paruipendentibus brachio sæcula  
ri contra eos utendo eis bellum indixit nuntiosq; cū  
ptate legati de latere etiam ad illas partes constituit ac  
ciuitatem ipsam Ferrariē non absq; grauib; expēsis  
ab obsidione liberauit. Et postmodum piæ me. Inno/  
centius Papa. viii. & Alexander. vi. Romani Pōtiffes  
p̄decessores nri non solū eūdem Hercule post obitū Si  
xti p̄decessoris in uicariū ciuitatis huiusmodi tollera  
runt: sed idem Alexander prædecessor censum quat  
tuor milium ducatorū auri de camera ratione uicaria/  
tus hmōi cameræ apostolicæ debitum annis singulis  
ex minus legtis causis cū euidētissima eiusdē Ro. eccle  
lesiæ lesione ad centum ducatos similes cum totius  
populi murmuracione & oblocutione reduxit ac ple  
bis & Centi Bononiē diocesis castra cum euidēti dā  
no Bononiē ecclesiæ ad quā legitime pertinebāt no  
bis inuitis quibus semper animo fuit rerum ecclesiasti  
carum recuperacioni q̄ alienacioni intēdere ac potius

*Bulle Julii II super priuilegiis*  
*Alphonso*  
*Ducis Ferrariē*  
4  
dictæ ecclesiæ Bononiē cuius administratores tunc  
eram; administrationi cedētib; q̄ illorum dismem  
bracioni consentire uolē dimembrauit: Illaq; eidem  
Herculi pro se/ suisq; heredibus & successoribus dedit  
ac illius filium Hypolitum cardinalatus honore deco  
rauit: illiq; duas Metropolitanā: & duas Cathedra/  
les ecclesiās/ ac plurima monasteria opulenta & ping  
uia beneficia cōcessit: Ducatus dignitatem in dicta do  
mo perpetuam esse uoluit. Esteñq; nomen in Italia ce  
lebre fecit. Nos uero eiusdem Sixti prædecessoris &  
secundum carnem Patruī nostri diuina prouidētia suc  
cessores effecti in ciuitatibus & locis dictæ Romanæ  
ecclesiæ mediate & immediate subiectis homines ho  
neste & quiete uiuere ac iusticiam seruare: tyrānosq; ab  
eis expellere prout nostro incumbit officio desiderā  
Bononiā & ad nōnullas alias ciuitates cum uenera/  
bilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ ecclesiæ car  
dinalibus non sine nostro maximo incōmodo accedē  
tes extinctis in Viterbiē/ Perusiē/ Celenateñ/ & aliis  
locis Romandiolæ nobis subiectis seditionibus quæ  
in aduentu claræ me. Caroli regis frāciæ ad Italiam &  
tpe quondā Cæsaris ducis Valentini exortæ fuerāt ac  
expulso tyranno potiti dicta ciuitate Bononiē ineaq;  
pro illius quietis conseruatione constructa arce muni  
tissima animum ad recuperandū ciuitates alias Ro/  
mandiole per eosdem Venetos occupatas: & ipsam ci  
uitatem Ferrariē in qua præfati Veneti Vicedominū  
ius inibidicentem: & alia signa superioritatem deno/



cancia exercentē/ab huiusmodi seruitutis iugo libera-  
dum applicantes. Vt huiusmodi iustum nostrum desi-  
derium adimplere possemus iniquitatis filium & per-  
ditionis alumnum Alphonsum Elteñ dicti quondam  
Herculis primogenitum/non solum tanq̄ ducem & ui-  
carium nostrum in temporalibus in dicta ciuitate Fer-  
rariē tollerauimus/diminutionē dicti census adeo in-  
honestam & dimembrationem dictorum opidorū Ple-  
bis & Cēti æquanimiter ferendo/sed ipsum Ro. eccle-  
siæ uexilliferum & Consalonerium creauimus/illūq̄  
in hmōi dignitatis concessione Carissimo in xpo filio  
nro. L. francoꝝ regi Christianissimo illam petenti p̄-  
tulimus. Sperantes magis dictæ ecclesiæ Romanæ cō-  
ducere/dignitatem ipsam eius uasallo & ciuitatibus ip-  
sius ecclesiæ prompta auxilia p̄bere ualenti q̄ alteri ex-  
tra Italiam concedere/& non sine nostra magna im-  
pensa ciuitates occupatas huiusmodi recuperātes ip-  
sum Alphōsū a dicto seruitutis iugo liberauimus/ac  
petitiones suas ad exauditionis gratiam requisiti libe-  
raliter admisimus:paternaq̄ dilectione semp̄ p̄secuti  
fuimus. Ipse tñ Alphonfus rebellionis/ingraticudis/  
& inobediētiæ p̄næ imitator in reprobū sensum da-  
tus beneficiorumq̄ a nobis & p̄decessoribus nostris/  
ac ab eadē sede receptorum imemor:& qui antea in eis  
fratres germanos nobis inconsultis seuire: illosq̄ di-  
ris & alperis carceribus mancipare/& in causa propria  
ius sibi dicere/ac in locis uicariatus huiusmodi falsam  
monetam cudi facere/& decedētium abintestato bona

10  
5  
nullo iure sibi debita occupare/ac subditos nostros ui-  
cariatus hmōi sibi cōmissos/peissime regere & governa-  
re:presbyterosq̄ nulla p̄cedente degradatione de fa-  
cto ultimo supplicio tradi facere:nostriq̄ & eiusdem  
Ro. ecclesiæ notoriis rebellibus p̄sertim Bētiuolis/  
receptū in castris/oppidis/& locis dicti uicariatus hu-  
iusmodi:aliaq̄ auxilia/consilia & fauores eis cōtra ali-  
as litteras nostras dare:excōmunicatos publice nuncia-  
tos ad diuina admittere:p̄uisiones Apostolicas de be-  
neficiis ecclesiasticis factas illarumq̄ effectus:obsarua-  
tionemq̄ interdictorum in ecclesiis & locis uicariatus  
huiusmodi/Apostolica auctoritate appositorū:liber-  
tatemq̄ ecclesiasticam in nostrum & dictæ sedis/clau-  
umq̄ contemptum/multipliciter impedire nō expauit:  
temerario ausu cornua contra nos & dictam sedem eri-  
gens uelut ingratus. Et a bo. me. Georg. tit. sc̄ti Sixti  
Presbytero Car. ac in Regno Franciæ & partibus illis  
dictæ sedis legato:tūc in humanis agente/Viro utiq̄  
in dicto Regno/& apud dictum Christianiss. Regem  
magnæ auctoritatis existente/zizanix & discentionū  
fatore/ac omnibus artibus ad Summum Apostolatū  
etiam nobis in dicta sede ex Dei clementia sedentibus:  
contra canonicas sanctiones temere anhelante/ac eaq̄  
poterat contra nos & p̄fatam Ro. ecclesiā moliri tra-  
ctante:cum quo maximam intelligentiam & amicitiam  
habebat sibi fauente iuramento proprio contrauenien-  
do/sub protectione amicitia adherentia & confœdera-  
tione dicti Regis Franciæ recipi procurauit/& recepto

B



fuit: in perniciem & damnum nostrum & Apostolicæ  
sedis prædictæ ut euentus docuit/ac ut spretis manda-  
tis nostris pro libito uoluntatis quæ animo concepe-  
rat liberius exequi & in graue damnum eiusdem Ro.  
ecclesiæ Sal in comitatu Comachien ad dictam Ecce-  
siam legiti perrinente/quod ipse impudèter negare nõ  
erubescit. Fabricari facere/gabellas & angarias siue por-  
toria augere & noua pedagia & angarias imponere &  
exigere posset: prout re ipsa statim post susceptam pro-  
tectionem huiusmodi/sub qua se tutum asseruit: fabri-  
care ac ministris præfati Regis ad certam summam sa-  
lis certis annis & pro certo precio tunc expressis distri-  
buendam in terris & locis Ducatus medial. publico in-  
strumento se obligauit/necnon augere & de nouo im-  
ponere ac exigere fecit: in dictorum subditorum & alio-  
rum fidelium Cameræq; Apo. etiã ultra summã. xxv.  
millium Duc. Aur. annuatim ex fabricatione salis præ-  
dicti præiudiciũ & dictæ sedis contemptum. Et cum  
indies de præfato Alphonso super præmissis querelæ  
ad nostrum deferrentur auditum: eius animæ saluti ac  
subditorum nostrorum indemnitati more pii patris con-  
sulere: ipsumq; a præmissis retrahere cupientes: per di-  
uersas nostras in forma breuis lras: ac alias sibi signifi-  
cauimus: ut pluris cõscientiã suam q̄ illicitum lucrum  
faciens a fabricatiõe dicti salis abstineret: dictãq; prote-  
ctionem & confœderationem contra nos & eccliam/  
initam dimitteret: Gabellas pedagia & portoria huius-  
modi penitus tolleret: populisq; nr̄is & aliis q̄buscũq;

merces & bona sua quocunq; uellent prout hæctenus  
consueuerant atq; fecerant deferre permitteret: ne iusti-  
tia id suadente eum anathematis & excõis & alias sentẽ-  
tias cõsuras & pœnas in bulla quæ legitur in cœna do-  
mini contentas incurrisse declarare cogere mur: & etiã  
per dilectum filiũ magistrum Maximum gratum no-  
tarium cubicularium & familiarẽ continuũ cõmensalẽ  
specialem nuncium nostrum ut a fabricatione salis &  
auctiõe gabellarum ac noua pedagiorũ & angariarum  
impositione & exactiõe sub dictis in bulla Iouis san-  
cti nuncupata contentis: & indignationis nostræ: ac  
aliis grauibus pœnis a præmissis desistere deberet: pa-  
terne requisitus & monitus fuit: ipseq; monitioni &  
requisitioni nostris prædictis parere uelle simulã seu  
fingens: non tamen considerans clementiam gratiam  
& pietatem quibus præfati prædecessores & nos erga  
ipsum Alphonsum & Herculem eius genitorem præ-  
fatos benigne usi fueramus: sed eius ab ipsa natura cõ-  
tra eandem Ro. ecclesiam & Romanũ Pontifices infi-  
tam innatãq; perfidiam & rebellionem elata obstina-  
tione sequens mandatis nostris hmõi obtemperare ef-  
fectualiter denegauit & recusauit ac in premissa prote-  
ctione & clientela confidens & cõtra nos ingrate & cõ-  
tumaciter eleuatus sal i dicto comitatu Comachen i gra-  
uem dictæ Ro. Ecclie lesionẽ fabricare: et gabellas au-  
ctas ac pedagia & portoria de nouo imposita in dicto-  
rum subditorum nostrorum etiã ciuium Ferrariẽn &  
aliarum psonarum maximum præiudiciũ & dictæ

B ii



Sedis contemptum: ut præfertur exigere ac in eius fra-  
tres germanos nobis inconsultis & absq; nostra licen-  
tia sæuire illosq; diris carceribus mancipare: & in cau-  
sa propria ius sibi dicere incursioneq; & caualcatis in  
terras dictæ Ro. ecclîæ subiectas & innumerabilia alia  
damna facere: ac de nobis & Sedis Apostolicæ prædi-  
ctæ potestate obloqui: & omnem nostram et dictæ Se-  
dis auctoritatem flocifacere et subsanando deridere:  
Nosq; super huiusmodi salis fabricatione coram ma-  
gno Consilio præfati Regis ad iudicium euocari face-  
re attemptauit: et Bentiuolis nostris Ro. ecclîæ hosti-  
bus et rebellibus ac a nobis disfidatis in terris et locis  
eorum receptum et fauorem cõtra tenorem litterarum  
nostrarũ auxiliumq; et consilium ut præfertur præsta-  
re præsumpsit. Propterq; excõis maioris et anathema-  
tis sententias periurii et sacrilegii reatum ac oĩum pri-  
uilegiorum gratiarum libertatũ immunitatum realiũ  
et personarum Vicariatũ Fœudorum locationũ ter-  
rarum fortalitorum castrorum iurisdictionum digni-  
tatuũ etiam cõsaloneriatus præfati et quarumuis cõces-  
sionum quæ a prædecessoribus nostris Ro. Põr. et no-  
bis eademq; Ro. et quibusuis alijs ecclesijs obtinere di-  
gnoscitur priuationis cõfiscationis ac inhabilitatis ad  
illa et quælibet alia similia uel dissimilia in posterum  
obtinenda ac quoslibet actus legitimos exercẽdos in  
talia perpetrantes per diuersas constitutiones Aposto-  
lica auctoritate et per diuersos Ro. Pontifices præde-  
cessores nostros dudum editas approbatas cõfirmatas

10  
7  
et etiã a nobis emanatas et publicatas editas et promul-  
gatas pœnas necnon rebellionis et læsæ maiestatis cri-  
men damnabiliter ipso facto incurrit: remissioneq; pri-  
mæ priuationis si qua forsam prætenderetur per tolle-  
rantiam uel alias quomolibet facta aut causata per reci-  
diuationem hmõi se indignum reddidit: in graue ani-  
mæ suæ periculum Diuinæ maiestatis offesam Apo-  
auctoritatis et iurisdictionis cõtemptum pñitiosumq;  
exemplum et scandalum plurimorũ. Nos igitur atten-  
dentes præmissa super quibus seu eorũ aliquibus Di-  
lectus filius noster Franciscus. tit. sctæ Cecilie presby-  
ter Car. in partibus illis n̄ et dictæ Sedis legatus con-  
tra eundẽ Alphonsum de mandato nostro processum  
formauit et testes recepit: et per eorum attestacionem  
comperit ea ueritate subniti et notoria fore: et q̄plura  
alia excessus et delicta per eundẽ Alphonsum cõmissa  
quæ profecto grauissima sunt et nephanda: ut præfer-  
tur. De quibus plenam certã et indubiratam noticiam  
habuimus/et habemus: Adeo notoria etiam facti per-  
manentis et manifesta indubitata ac nullo modo excu-  
sabilia eẽ prout sunt: ut nulla possint prorsus tergiuer-  
sacione celari et excusacione uel allegatiõe defendi: nec  
esse propterea clausis oculis sub silentio prætereunda.  
Ac uolẽtes ut ex debito pastoralis astringimur officii  
debite prouideret: temerariorumq; ausus et ingratorũ  
petulãtiam reprimere: ac eum tali plectere pœna ut cœ-  
teris sit exemplum. Et tãdem metus pœnæ sit meta ma-  
lorum: cum absq; graui offensa Christi tantas iniqui/



ates & ingritudines amplius tollerare nō ualeamus  
cogamurq; urgente conscientia iuste animaduertere in  
eundē præhabita sup præmissis & q̄ plurimis aliis eius  
nephandis excessibus & delictis: cum uenerabilib; fra  
tribus nostris eiusdē Ro. eccle. Car. deliberatione ma  
tura & diligenti: Cum Iesu Christi uices licet imme  
riti teneamus in terris: nobisq; in eiusdem uicarii Beati  
Petri persona sit dictum. Quodcūq; ligaueris sup ter  
ram erit ligatum & in cœlis. Et per Psalmistam scriptū  
sup aspidem & basiliscum ambulabis & cōculcabis leo  
nem & draconem. Præfatum Alphonsum propter ex  
cessus errores & delicta perpetrata & cōmissa hmōi no  
bis notoria & nullo modo nulla excusatione & allega  
tione/asseueratione uel p̄batione excusabilia/maiori is  
excōis & anathematis sententiā/periurii & sacrilegii rea  
tus: ingritudinis/rebelliōis/& læsæ maiestatis crimi  
na damnabiliter incurrisse. Omnibusq; & singulis in  
dulgentiis/remissionibus/tollerantiis/gratiis/priuile  
giis/libertatibus/immunitatibus in dicto uicariatu &  
Ducatu Ferra. aliisq; fœudis locationibus/honoribus  
dignitatibus & consaloneriatus prædicti terrisq; ciui  
tatibus/castris/oppidis/fortilitiis/locis/iuribus/ iuris  
dictionibus/& bonis quibuscūq; quæ quouis modo  
obtinebat: ac in quibus & ad quæ ius sibi quomodoli  
bet competeat. Et propter tot & tantas perpetratas ini  
quitates:& reiteratas ingritudines & delicta: oēs & sin  
gulos eius ex dicto Hercule fr̄es germanos aliosq; de  
eorum familia exñtes/etiam in præmissis seu eorū ali

quibus uel ad illa quomolibet ius habentes & habere  
ptendentes: quorū noīa & cognomina ac qualitates oī  
umq; & singularū litterarum prædictarū tenores p̄nti  
bus pro sufficientia expressis haberi uolumus. Ac om  
nium eorū posteros & successores quoscūq;/ prædicto  
& omni successionis iure & sine præiudicio prioris pri  
uationis Sixti prædecessoris hmōi/ quā propter recidi  
uationem/ ingritudinis/ criminum & delictorū dicti  
Alphōsi hmōi/ uiribus subsistere & tenere decernim; &  
in perpetuū omnino de nouo priuatos ac inhabiles &  
indignos ad illa & quælibet alia similia uel dissimilia  
imposterum obtinēda/ ad quoslibet actus legitimos  
exercendos/ ciuitatesq; castra: oppida: terras: fortilitia:  
loca & alia oīa prædicta cōfiscata fuisse & esse: ac a præ  
dictis priuationis & inhabilitatiōis pœnis: neminem  
ex familia sua & prætextu minoris ætatis: aut sexus ex  
cusari seq; tueri posse: quominus p̄pter tot excessus a  
dicto Alphōso eiusq; genitore perpetratos: hmōi pœ  
nis oīo irretiti & innodati cēseantur. De fratrum præ  
dictorum consilio pariter & assensu ac apostolicæ po  
testatis plenitudine & ex certa nostra scientia auctori  
te præfata/tenore p̄ntium declaramus: Et nihilomin; &  
sententiando priuamus & inhabilitamus dictosq; Du  
catum & Vicariatum Ferr. cū omnibus ciuitatibus: ca  
stris oppidis & fœudis quæ a dicta Ro. ecclesia quo  
modolibet obtinebat: Cum oībus iuribus & pertinen  
tiis suis & oī integritate ad dictam Ro. ecclesiā legitime  
deuolutas & deuoluta ac reuersa fere decernimus per



præmissa. Et omnes et ecclesiasticos vicariatus Ducatus  
ciuitatum terrarum castrorum oppidorum & locorum  
predictorum: incolas & habitatores cuiuscumque digni-  
tatis status gradus ordinis & conditionis existent: ac  
artium illorum castellanos qui eis fidelitatis iuramen-  
to tenebantur astricti: a iuramento huiusmodi absol-  
uentes illudque eis relaxantes supplentes quoque similibus  
consilio assensu scientia auctoritate & potestatis pleni-  
tudine: omnes & singulos tam iuris quam facti & quarum-  
cumque aliarum solemnitarum et substantialium etiam cita-  
tionum omissarum ac processuum desuper et rite non ha-  
bitatorum/ cum omnia præmissa uel saltem plura ex  
eis quæ ad declarationem priuationem & inhabilitatio-  
nem huiusmodi plenarie sufficiunt ut præfertur nobis notifi-  
sima & cognita ac et facti permanentis notoria indubi-  
tata & nullo modo nulla ue allegatione excusabilia fo-  
re noscantur prout sunt qui in præmissis uel aliquo eorum  
quomodolibet interuenerint: Ac decernentes declaran-  
tes & determinantes ea sic fuisse & esse et facti permanen-  
tis notoria/ nullaque iuris solemnitate indigere ac inex-  
cusabilia/ Et præsentibus litteras ad plenissime probandum  
crimina excessus delicta nostramque & indubitatum sci-  
entiam notorietatem quoque præmissam nullo modo/  
nulla ue allegatione excusabilem huiusmodi ac omnia & sin-  
gula alia præmissa ubique etiam in iudicio et extra suffi-  
cere nec ad id probationis alterius ad iuunculum ullo-  
unquam tempore requiri sicque per quoscumque iudices et com-  
missarios etiam eiusdem R. ecclesie Cardinales et ceteros

10  
9  
palatii Apostolici auditores in quacumque instantia sub-  
lata eis & cuilibet eorum quauis alia interpretandi facul-  
tate sententiarum diffiniri/interpretari/& iudicari debere  
irritum quoque & inane si secus super his a quoquam qu-  
uis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit acceptari  
et insuper Alphonsi & alios priuatos/Ferrariensium & aliarum  
ciuitatum/comitatus ac terrarum/castrorum/oppidorum/  
& locorum Vicariatus & Ducatus huiusmodi uniuersitates  
ac arcium castellanos ac ciuitatum & locorum huiusmodi inco-  
las & habitatores cuiuscumque dignitatis/status/gradus/  
ordinis/nobilitatis/præheminentiae & conditionis fue-  
rint in uirtute Sanctae obedientiae/& sub poenis infra-  
scriptis quas contrascentes incurrere uolumus ipso fa-  
cto auctoritate præfata tenore prædictum requirimus &  
monemus / eisdemque districte præcipiendo mandamus  
quatenus omni excusatione cessante/ oppositionibusque/  
exceptionibus & replicationibus quibuscumque ad præ-  
missorum & infrascriptorum executionem impediendam/  
uel differendam et ad nos uel sedem prædictam/ et a pro-  
cessu Francisci Car. & Legati huiusmodi interpositis hacten-  
us forsitan & interponendis impostis quas ex nunc pro-  
ut ex tunc nullas & de facto interpositas/ cum a sententia  
nostra præsertim concistorialiter & de dictorum fratrum con-  
silio lata appellari nequeat. Fore nunciamus infra sex  
dierum spacium postquam præsentibus litteris fuerint publicatae:  
quorum duos pro primo: duos pro secundo/ & reliquos  
duos dies pro tertio & ultimo & peremptorio termino/  
ac monitione Canonica eis omnibus & eorum singulis assi-

C



gnamus uidelicet ne Alphonfus & alii priuati ac Ca/  
stellani præfati de cætero de Ferrari. & aliis ciuitatibus  
terris castris oppidis & locis ac arcibus Vicariatus &  
Ducatus hmõĩ utpote ad Ro. ecclesiã deuolutis se in/  
tromittant: quinimmo ciuitatũ terrarũ castrorum oppi/  
dorum fortitiorũ & locorũ & artium Vicariatus & Du/  
catus hmõĩ possessionem uacuã & expeditam nobis &  
dictæ Ro. ecclesiæ dimittant. Cõitates uero & uniuers/  
itates & illarum singulares personæ ac incolæ & habi/  
tatores ciuitatũ terrarum castrorũ oppidorum & loco/  
rum ac artium & fortitiorũ Vicariatus & Ducatus hu/  
iusmodi castellani ab ipsius Alphonfi subiectione præ/  
sus liberati/ se ac Ferra. & alias ciuitates terras castra op/  
pida & loca uicariatus & Ducatus hmõĩ subtrahant: &  
ab omni obedientia eiusdem Alphonfi: ac nos & pro/  
tpe existentem Ro. Põtificem immediatum dñum &  
superiorem penitus & omnino recognoscant ut tenen/  
tur. Et nisi Alphõsus & alii priuati præfati inde disces/  
serint: eos personaliter detentos & captos ad nos trans/  
mittant: uel saltem de ciuitatibus terris castris oppidis  
arcibus fortitiorũ & locis prædictis etiã ui armorũ ubi  
opus fuerit reiciant & expellant. Alioquin lapsis sex  
diebus hmõĩ in Alphonsum & illius fautores consul/  
tores adhxerentes complices & sequaces & quilibet eo/  
rum: ac si nominatim singuli pñribus eẽnt expressi sin/  
gulares personas cõitatum & uniuersitatũ: ac incolas  
& habitatores hmõĩ: qui sic non paruerint aut ut non  
pareat seu pareri differat cõsuluerint suaserint fecerint  
dixerint uel pcurauerint seu alias qualitercũq; in hoc

culpabiles fuerint directe uel idirecte tacite uel expres/  
se/ necnõ ex nunc prout ex tunc de eorũdem fratrũ cõ/  
silio maioris excõis sententiam promulgamus in his  
scriptis & illos illam incurrere uolumus eo ipso/ a qua  
præterq; in mortis articulo cõstituti ab alio q̃ a Ro. Põ/  
tificis: & prætextu cuiuscunq; facultatis cuiusq; pro ip/  
desup cõcessa nequeat absolutõis bñficiũ obtinere. Itē  
ut si quem eorũ tanq; in tali articulo constitutũ absolua/  
contingat: qui postmodũ conualuerit in eandem excõi/  
municationis suã reincident eo ipso/ nisi post cõua li/  
scentiam monitioni & mandato nostris prædictis parue/  
rit cũ effectu/ & si moniti & excõicati prædicti dictam  
excõis sententiã per alios tres dies dictos sex dies im/  
mediate sequentes aĩo quod absit substinuerint indu/  
rato/ suã ipsam aggrauamus: ac ex nunc prout extunc  
Ferra. & alias ciuitates terras castra oppida & loca uica/  
riatus & Ducatus hmõĩ/ & quæ in illis sũt/ ecclesias mo/  
nasteria ac religiosa & pia loca quocunq; de eorũde frum/  
cõsilio prædicta auctoritate eccl̃stico subiicimus interdĩ/  
cto: ita ut illo durãte in illis/ & prætextu cuiusuis & aplici  
indulti psonis ordinibus uel locis cõcessi præterq; in casi/  
bus a iure pmissis: & et in illis als q̃ ianuis clausis ac ex/  
cõicatis & interdictis exclusis nequeat missæ & alia di/  
uina officia celebrari. Si uero moniti & excommunicati  
ac interdicti prædicti per alios tres dies dictos ulti/  
mos tres dies immediate sequẽtes ad cor reueri et no/  
stris monitioni et mandato prædictis obtemperare  
distulerint et in sua uoluerint cordis duritia et puerla

C ii



obstinatione permanere: eos & quolibet eorū reaggra-  
uationis anathematizationis & maledictionis ac dam-  
nationis mucrōe pcutimus ac oīum ecclīasticarū censu-  
rarū laqueis ligatos & irretitos esse decernimus: ac eos/  
dem monitos excōicatos aggrauatos interdīctos & ana-  
thematizatos & maledīctos ut præfertur in eorū pro-  
teruia perseuerātes: reos criminis læsæ maiestatis & ab  
omnibus dictæ Ro. ecclīæ deuotis cum eorum bonis  
perpetuo diffidatos dicta auctoritate & ptātis plenitu-  
dine decernim⁹: & generaliter ciuitates/terras/oppida  
loca quæcūq; ad quæ aliquē eorundem excōicatorum  
declinare contigerit: q̄diu ibidem permāserit/ & triduo  
post recessum eiusdē simili interdīcto subiicimus: nec/  
nō monitos/excōicatos/aggrauatos/anathematizatos  
& maledīctos dignitatibus & honorib⁹ in quibus cō-  
stituti existunt: & tam ipsos q̄ cōitates castra/oppida/  
& loca prædicta oībus priuilegiis & indulgijs et studi-  
generalis concessionibus & gratiis dignitatibus hono-  
ribus quibus utūtur & gaudent/seu muniti sunt: nec/  
non bonis omnibus quæ in fœudum/uel in emphy-  
theosim seu alias a præfata Romana uel alijs ecclīsijs  
monasteriis & locis ecclīasticis obtinent: penitus pri-  
uamus dictaq; bona fœudalia uel emphyteotica & alia  
ab ecclīsijs obtenta ad dños suos reuerti debere: ita ut  
de illis libere disponere possint decernim⁹: & si aliqui  
ex monitis excōicatis aggrauatis reaggrauatis anathe-  
matizatis & maledīctis prædictis clerici sæculares uel  
regulares/uel alias religiosi Prælati uel Administrato-

10  
41  
res Rectores ecclesiarum/monasteriorū/ conuentuum  
& beneficiati quouis mō & in sacris ordinibus cōstitu-  
ti fuerint illos prælaturis administrationibus/regimi-  
neq; prædictis/ac oībus & singulis beneficiis dignita-  
tibus/personatibus/officijs/canonicatib⁹ & prebēdis/  
alijsq; beneficiis & titulis ecclīasticis & ordinibus eti-  
am sacerdotalibus ad quos p̄moti forent: sine ulla spe  
restitutionis priuatos esse per p̄ntes decernimus: q; q;  
de beneficiis illis possit & debeat per Sedem prædictā  
dumtaxat seu ab illa facultatē specialem habētes absq;  
alia declaratione incursum pœnæ hmōi libere illico p̄-  
uideri. Quinimmo Cathedralium & aliarū Ecclesiarū  
hmōi prælati/canonicis & capitulis/parrochialiū ec-  
clesiarū Rectoribus/Abbatibus/Prioribus/Monachis  
etiam congregationum quarūcūq; custodibus guar-  
dianis fratrum prædicatorum & minorum & alijs sæ-  
cularibus clericis uel regularibus ac Scolaribus ibidē  
studii causa degentibus/Episcopis/Vicariis ciuitatū  
earundē dūtaxat exceptis: ut infra dictos tres dies/ulti-  
mo dictos de ciuitatib⁹ & diocesib⁹ Vicariatus & Du-  
catus hmōi sub dictis pœnis q̄s ipso facto eos incurre-  
re uolumus exeant mandamus/dimissis in dictis Ec-  
clesiis aliquibus presbyteris qui pro ministrando ba-  
ptismate paruulorū pœnitentia decedentium & alijs sa-  
cramentis ecclīasticis quæ tpe interdīcti ministrari p̄-  
mittuntur (ut præfertur) neq; ad loca ipsa reuertantur/  
dōc moniti excōicati aggrauati reaggrauati anathema-  
tizati & maledīcti prædicti nostro mandato obtempe-



rauerint et mœruerint interdicti hmoi relaxatio. e ob/  
tinere et insuper ut per faueritate ultionis/præfati mo/  
niti/excōicati/aggrauati/reaggrauati/anathematizati/  
et maledicti ad cor redire compellantur/illos nisi resi/  
puerint ac monitioni et mandatis prædictis/obediue/  
rint decernimus infames eē: ne ad dignitates honores  
et officia aspirare aut ascendere: testimonium perhibe/  
re: testamēta et codicillos condere alicuius successione  
ex testō uel ab intestato acquirere legata uel donatiōes  
capere: iurisdictionē exercere: cōpromissum in se susci/  
pere in causis procurare uel postulare: de instrumentis  
si notarii fuerint rogari: credita ab eorū debitorib9 exi/  
gere quouismō ualeant: filii quoq; nepotes et descen/  
dentes eorū usq; ad quartā generationem: tam ecclesiis  
monasteriis dignitatibus canonicatibus et prebendis  
ecclesiasticis q̄ et honoribus dignitatibus et officiis sæ/  
cularibus si qua obtinent priuati existant: et de cœtero  
ad similia: et ordines ecclesiasticos inhabiles penitus re/  
putentur. Rursus uniuersis et singulis aliis xpi fidei/  
bus iniungimus: ut monitos excōicatos aggrauatos  
reaggrauatos: anathematizatos et maledictos p̄dictos  
euitent: et quantū in eis est euitari faciant: nec cū eisde  
cōmerciū alicuā ue conuersationē hēant: aut eis p̄stent  
aliquē cōsiliū auxiliū uel fauorem. Nos. n. loca ad quæ  
aliquē excōicatoꝝ eorundē declinare cōtigerit: q̄diu in  
illis scienter eos stare p̄mitti cōtigerit: et triduo post eo/  
rū inde discessum ac ecclesias monasteria religiosa et pia  
loca q̄cunq; quæ in illis sunt: ecclesiastico subiicimus  
interdicto: inhibemus quoq; oibus et singulis tempo

10  
12  
ralia: dñia obtinentibus etiā Regali: Ducali: Princi/  
patus: Marchionatus: Comitatus: uel alia dignitate fū/  
gentibus. Vniuersitatibus: Cōitatibus quacunq; potē/  
tiam et dominium obtinentibus: ne cū eisde monitis  
excōmunicatis aggrauatis reaggrauatis anathematiza/  
tis et maledictis cōmunitatibus ciuitatibus uicariatus  
et Ducatus huiusmodi et Alphonso directe uel indire/  
cte maxime ad impediendum recuperationem ciuita/  
tum terrarum castrorum oppidorum fortificiorum et  
locorum uicariatus et Ducatus hmoi uel ad defensio/  
nem seu auxiliū eorōdē se nobis uel pro eadem Ro.  
ecclesia agentibus: aut ad motionem belli opponāt in/  
præiudicium Ro. ecclesiæ tendentis ligam ue confœ/  
derationem seu colligationem protectionem defensio/  
nem suscipiant uel intelligentiam ineant aut hacten9  
forfan initas factas conclusas et susceptas/ quæ qua/  
tenus ad præiudicium prædictæ ecclesiæ Ro. tendant  
et si pœnarum adiectione iuramentoq; sint uallatæ il/  
larum tenores ac si p̄ntibus insererentur pro expressis  
habentes non tenere: et nemini quominus eisde moni/  
tis et excōicatis fauēdo sub colore earū cēsuras p̄dictas  
icurrāt: excusationē p̄stare posse declaramus obseruent  
quoquomō: uniuersis quoq; ducib9 marchioib9 cōi/  
tatib9 baronib9 domicellis sæudatariis uicariis et ua/  
sallis et aliis qbuscōq; in rpalib9 p̄fata ecclesiæ Ro. me/  
diante uel imediate quolibet subiectis et nō subiectis d̄/  
strictē p̄cipim9 et mādam9 ne de cœtero ad stipēdia d̄/  
cti Alphonso aut ei fauentium militare aut eorum sti/  
pēdia capere seu a distipēdia huiusmodi uel alias cum



eis se uel suos armigeros ac sequaces locare eisq; aliqd  
auxilium uel fauore quoquomodo prestare audeant:  
Quinimmo si qui cum eisdem ad presens militant: quia  
in omni obligatione excepta semp intelligitur reueren-  
tia & obedientia Ro. Pont. non obstante quacunq; ob-  
ligationis formula/qua obligati foret quae quatenus  
contra praefatam Ro. ecclesiam militare pmisissent no  
astringit eosdem & nullius est roboris uel momenti/  
infra octo dies a publicatione pntium computandos  
ab ipso Alphonso eiusq; obsequiis & stipendiis omni-  
no recedant: & in oes & singulos ex eis qui contra ma-  
datum hmoi facere uel etiam uenire teptauerint/quo-  
quomodo per se uel alios directe uel indirecte similis  
excōis necnon anathematis maledictionis & priuatio-  
nis ac inhabilitationis/necno in terras dominia & loca  
eorum si qua tunc eos habere & obtinere contigerit: in-  
terdicti & in eos eorumq; descendentes priuationis di-  
gnitatuū dominiorū feudorum & honore ac priuile-  
giorum gratiarū & bñficiorum ecclesiasticorū ac inha-  
bilitatis dniorum & bonorū confiscationis sententias  
censuras & poenas ex nunc put ex tunc promulgamus  
eosq; illas absq; alia ulteriori monitione incurrere uo-  
lumus eo ipso/a qbus non possint ab alio q̄ a Ro. Pō.  
absolutionis bñficium obtinere. Coeterū si moniti ex-  
cōmunicati aggrauati reagruati anathematizati & ma-  
ledicti priuati & inhabilitati praedicti: postq̄ priuatio-  
nis & inhabilitationis poenas praedictas incurrerint:  
obstinata animi duritie nostris monitiōi & mandato

10  
13  
praedictis ulterius distulerint obtemperare/ex nunc p-  
ut ex tunc omnes Reges Duces Principes Marchiōes  
Barones Cōitates Vniuersitates & quoscūq; alios ter-  
rarum dnos & gentium armorū cap̄taneos/ad quorū  
cunq; fidelium stipendia militantes/& alias quascunq;  
personas tam per mare q̄ per terrā potestatem hñtes re-  
quirimus per pñtes eisq; & cuilibet ipsorum in uirtu-  
te sanctae obedientiae praecipimus & mādamus quate-  
nus contra eosdē monitos non parētes ac in sua obsti-  
natione perseverantes protuicione iuriū & honore di-  
ctae sedis armis insurgant/eosq; psequi & debellare ac  
ad nos & pro tpe existentem R. Pon. immediatum do-  
miniū & supiorem ciuitatū terrarū castrorum oppido-  
rum fortilitiorū & locorū Vicariatus & Ducatus hmōi  
recognoscendum & ad nostram obedientiam redeun-  
dum & dictum Alphonsum ex dictis Vicariatu Duca-  
tu & feudis expellendum cogere p̄uret: & i ipsorū mo-  
nitorum excōicatorū aggruatorū reaggruatorū ana-  
thematizatorū maledictorum priuatorū & inhabilita-  
torum poenam quoscūq; ciuitatum terrarum/castro-  
rum oppidorū fortilitiorū & locorū/Vicariatus & Du-  
catus hmōi quorum Cōitates Vniuersitates & Incolae  
praefatum Alphōsum in eorū dn̄m recognoscere & ei  
ut eorum dn̄o obtemperare p̄sumperit: ipsumq; in lo-  
cis Vicariatus Ducatus & feudorum hmōi stare p̄-  
miserint: ubicunq; eos inuenerint capiant & captiuos  
teneant/eorumq; merchantias p̄redita res & bona om-  
nia in pprios usus conuertant. Nos enim auctoritate

D



& plenitudine potestatis præmissis ipsis arma sumentibus & aliquos eorundem Vicariatus & Ducatus hmoi tunc eidem Alphonso ob temperantium/ eorumque res & bona capientibus uniuersa pecunias iocalia mercantias animalia res & bona mobilia & immobilia ubique locorum et extra loca/ Vicariatus & Ducatus Ferr. huiusmodi quæ sic ceperint eis in prædam concedimus/ & uolumus illa ad eosdem capientes pleno iure pertinere & personas ex ciuitatibus/ terris/ castris/ oppidis/ fortilitiis/ locis/ Vicariatus/ Ducatus & feudorum hmoi quorum cõitates & uniuersitates ab ipsius Alphonso obedientia se non subtraxerint: & illi captiuum ad nos non transmiserint seu saltem ex locis Vicariatus Ducatus & feud. hmoi: etiam si opus fuerit armis expulerint/ prout eis mandatur per pntes: originem trahentes: seu in illis domicilium habentes quas ubique locorum capi contigerit seruos fieri capientium: concedimus quoque eisdem qui sic contra easdem personas bello se opposuerint & ad recuperationem ciuitatum/ terrarum/ castrorum/ oppidorum/ fortilitiorum omnium & locorum Vicariatus Ducatus & feudorum hmoi quolibet præstiterint auxiliium/ consilium uel fauorem plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem/ & si qui Reges/ Duces/ Principes/ Marchiones/ Comites/ Barones/ Cõitates/ Uniuersitates/ Collegia tam in Italia quàm extra Italiam constituta: & quæuis alia et particulares personæ per se uel aliorum seu alios publice uel occulte directe uel indirecte quouis quesito colore eisdem Alphonso & aliis perso-

10  
14  
nis/ Vicariatus/ Ducatus & feudorum hmoi contra recuperationem ciuitatum/ terrarum/ castrorum/ oppidorum/ artium fortilitiorum & locorum/ Vicariatus/ Ducatus feudorum hmoi: quæ ad dictam Ro. ecclesiam deuoluta sunt ut præfertur: arma pecunias aut comestum ministrare seu auxiliium consilium uel fauorem quouis modo præbere præsumpserint/ aut cum comode possent a spolio depredatione & captura personarum ciuitatum castrorum oppidorum fortilitiorum artium & locorum Vicariatus Ducatus & feud. huiusmodi ac quæ ipse Alphonso ipse priuationis huiusmodi obtinebat abstinerint: quicumque fuerint etiam quacumque celsa et regali præditi dignitate maledicti & excommunicati existant: & diuino percussu anathemate/ nec de salute animæ sperent nisi ante finem uitæ poenitentiam agentes Apostolica fuerint auctoritate absoluti. Vniuersitates uero sciant sibi diuinitus penitus interdictum & nisi se correxerint diuinam expectent ultionem: Et nihilominus eorum singulares personæ paribus excommunicatis sententia & aliis poenis quibus alii excommunicati prædicti exinde innodati existant: & ut præmissa omnibus intescant. Vniuersis & singulis Patriarcis Archiepiscopis Episcopis Patriarchalium Metropolitanarum & altarum cathedralium & collegiatarum ecclesiarum prælatis capitulis & personis aliis ecclesiasticis etiam quorūuis ordinum et mendicantium religiosi exemptis & non exemptis ubique locorum & præsertim in Italia constitutis: mandamus quatenus ipsi & quilibet eorum sub similibus censuris & poenis per eos & singulares personas eorum/

D ii



dem capitulorum si postq̄ uigore præsentium requisiti fuerint/infra tres dies quorum unum pro primo & alium pro secundo ac reliquum pro tertio & peremptorio termino canonica monitione præmissa assignam9 non paruerit eo ipso incurrendis:eisdem monitos excoicatos aggrauatos reaggrauatos anathematizatos iterdictos priuatos & inhabilitatos præfatos & decursis eis assignatis terminis prædictis si nõ paruerint & ab ipsius Alphonfi obedientia se non subtraxerint & illum captiuũ ad nos transmisserint: seu saltem ex locis Vicariatus Ducatus & feudorum hmõi etiã armis expulerint:in eorum ecclesiis dominicis & aliis festiuis diebus dum maior inibi populi multitudo conuenerit ad diuina cum crucis uexillo pulsatis cãpanis & accensis candelis ac demum extinctis & in terram p̄iectis et cõculcatis cum trina lapidũ projectione:aliisq̄ in talibus seruari solitis cerimoniis excõmunicatos et aliasut præfertur irretitos publice nuncient ac faciant et mandent: ab aliis nunciari et ab omnibus artius euitari:Necnon omnibus aliis Christi fidelibus ut eos euitent & pari mō sub prædictis censuris & pœnis p̄ntes litteras uel earũ transumptum sub forma infrascripta factũ:infra terminum triũ dierum ut præfertur præfixum/in ecclesiis monasteriis conuentibus & aliis eorũ locis publicari & affigi faciant:& eisdẽ monitionis p̄pter eorum contumaciã cuncta necessaria denegẽt ministrare:donec corde compuncti/spũm assumentes consilii sanioris nostris monitionibus & mandatis p̄/

10  
15

dictis obtemperauerint/& moeruerint a censuris & pœnis prædictis absolutionis & restitutionis beneficium ac alias integram reconciliationis grãam a nobis & Sede prædicta obtinere.Excoicamus quoq̄ & censuris p̄dictis innodamus oēs cuiuscũq̄ status/dignitatis/gradus/ordinis & conditionis fuerint. Qui quominus p̄sentes litteræ nostræ uel earum transumpta/copiæ/seu exẽplaria in suis terris aut dominiis legi affigi aut publicari/ac in omniũ notitiam deduci possint/fecerint/uel p̄curauerit/quoquomō/ecclesiis quoq̄ monasteriis/conuentibus & aliis quibusuis sacris locis/in quibus denegatũ fuerit per illarum Prælatos & personas) litteras ipsas publicari:oiã privilegia idulta & gratias a sede prædicta cõcessa:adempta esse uolumus. Postremo quia difficile foret p̄ntes litteras ad singula quæq̄ loca deferri:in quibus earũ publicatio necessaria foret. Volumus & p̄fata Apostolica auctoritate decernimus quod earũ transumpto manu notarii publici confecto seu saltem subscripto/& sigillo alicuius prælati ecclesiastici munito ubiq̄ stetur:prout originalibus lris staretur si essent exhibitæ uel ostensæ. Et cũ p̄ntes lrx Ferr. p̄pter ipsius Alphonfi rebellionem tute nequeant publicari:ne Alphõsus & alii priuati/excoicati/aggrauati reaggrauati/anathematizati/& maledicti: ac alii quos litteræ ipsæ contingunt:quibus ue aliquid mandatur uel prohibetur per easdẽ ualeant de præmissis ignorantiam allegare:& prætextu ignorantix si nõ paruerint uelamen excusationis assumant.Et ut ad ipsos notitiã



deducantur. Volumus & mādāmus illas in ualuis Ba-  
siliarū Principis Apostolorū & Sancti Ioannis Laterā-  
de Vrbe affigi: quodq; līrā ipsā post affixionem p̄dic-  
tam ipsos Alphonsum & alios priuatos ac monitos &  
sub illis comprehensos perinde arctent: ac si litterā ip-  
sā eisdem Alphonso & aliis priuatis ac monitis & sub  
illis cōprehensis & eorū cuilibet præsentialiter intima-  
tā fuissent. Non obstantibus p̄missis ac constitutioni-  
bus & ordinationibus Apostolicis: et in quibusuis cō-  
ciliis editis contrariis quibuscunq;. Aut si Alphonso  
necnō cæteris oībus & singulis præsatis et Archiep̄is/  
Ep̄is/Regibus: Principibus: Fœudatariis: Ciuibus: in  
colis & habitatoribus & aliis monitis præsatis uel qui-  
busuis aliis cōiter uel diuisim ab eadem sic sede indul-  
tum quod interdici suspendi uel excōicari: aut p̄pterea  
priuari et inhabiles reddi nō possint: per litteras Apo-  
stolicas non faciētes plenam et expressam ac de uerbo  
ad uerbum de indulto hmōi mentionem. Et quibusli-  
bet aliis priuilegiis indulgentiis et līris aplicis speciali-  
bus uel generalibus quorumcūq; tenorū existant: per  
quæ p̄ntibus non inserta effectus earum impediri ua-  
leat quolibet uel differri et de quib9 quorūq; totis te-  
noribus de uerbo ad uerbum sit in n̄ris līris mētio spe-  
cialis h̄nda quæ quo ad hoc cuiq; nolumus aliquate-  
nus suffragari. Nulli ergo omnino hoīum liceat hāc  
paginam nostræ declarationis. priuationis. inhabilita-  
tionis. absolutionis. relaxationis. suppletionis. deter-  
minationis. requisitionis. monitionis. mandati. nūciatio-

10  
16  
nis. assignationis. promulgatiōis. aggrauationis. sub-  
iectionis percussionis. decreti. priuationis. intimatio-  
nis. inhibitionis. præceptionis. concessionis. excōica-  
tionis et uoluntatis infringere uel ei ausu  
contraire. Siq; autem hāc attēptare præsūm-  
erit indignationem oīpotentis Dei ac Beatorū Petri  
& Pauli Apo. eius se nouerit incursum. Datū Romæ  
apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Domini  
cæ. M. D. X. Quinto Idus Augusti Pontificatus n̄ri  
Anno septimo. Sigismundus.

A tergo autē supradictarū līrā: Apostolicā: infra scrip-  
ta uerba erant.

ANNO a Natiuitate Dñi. M. D. X. Indic. XIII. Die  
uero. XIII. Mensis Augusti Pontificatus Sc̄tissimi in  
X̄po patris et Dñi N̄ri: Dñi Iulii Diuina Prouidentia  
P̄ntis Romæ Anno. VII. P̄ntes Romæ scrip. Litteræ Apo-  
stolicæ Præsatis Dñi Nostri Papæ fuerunt affixæ et pu-  
blicatæ in Sancti Ioannis de Laterano: et Sancti Petri  
Principis Ap̄lorū de Vrbe Basilicæ. Ac Cancellariæ  
Aplicæ Valuis seu portis. Per nos Cursores infra scri-  
ptos. V3. Franciscum Vaca: Et me Petrinum Boziū  
Cursores.

Ia. Questenberg.

Impressum Romæ p Iacobū Mizochiū Ro. Aca. Bi-  
blio. De mandato. S. D. N. PP. Ac Reuerendiss. D.  
Antonii de Mōte Archy. Sypon. Ca. Apo. Auditoris.



